

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Angelus f
cum fonte primo

Qui parua capiunt sed tamen hec eadem
parua pie annunciare fratribus non desistunt,
isti in angelorum numerum currunt.

Qui
secretorum celestium summa capere
preualent et nunciare,

isti in archangelorum numerum deputantur.

Nam sunt plerique

qui parua capiunt, sed tamen haec eadem
parua pie annunciare fratribus non desistunt.

Isti itaque in angelorum numerum currunt.

Et sunt nonnulli qui diuinae largitatis munere refecti,
secretorum caelestium summa et capere
praeualent et nuntiare.

Quo ergo

isti nisi inter archangelorum numerum deputantur?

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.34.11
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.309, ll.274-279).

Qui

amando ardent et loquendo alios accendunt,

isti seraphin dicantur.

Gregorius in quadam omelia.

Et sunt nonnulli qui supernae contemplationis facibus
accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant,
nihil iam in hoc mundo cupiunt,
solo aeternitatis amore pascuntur,
terrena quaeque abiciunt,
cuncta temporalia mente transcendunt,
amant et ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt,
amando ardent, loquendo et alios accendunt,
et quos uerbo tangunt,
ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo
istos nisi seraphin dixerim?

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.34.11
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.311, ll.311-317).